

Per retortam in balneo sicco, vel cineribus lento igne exeant spiritus soli, ut oleum foetidum & crassum remaneat in vase recipiente nigrae relictæ conjunctum massæ. Hanc tere & comminue. Adde

⊖ ♀ri, ✱, ☿, ☐. ad placitum. M.

Alii solum oleum foetidum sumunt.

Ab aliis sal volatile urinæ humanæ, ✱ & fixum ♀ri sal volatile redditum extollitur.

Quidam sali communi tantam tribuunt vim, ut eò solò mediante ex ♀ & ♂ verum vivum mercurium produci posse edicant.

### CAPUT III.

*Er rationis penù pro mercurificatione à compositione petitum proponitur argumentum.*

Qui actu ⊖ ⚊ ✱ metallis inesse statuunt & mineralibus, ab inexistentiâ & compositione hâc desumere pōssunt rationem ex Aristotele peripateticorum principe 1. de generatione & corruptione cap. 10. t. 84. Ita habet: φαίνεται ἵ, τὰ μίγματα πρὸς τὸ ἐκ κειρωσμένων συνίεντα καὶ διαμύρα χωρίζεσθαι πάλιν. *Videntur enim ea, quæ miscentur, prius ex separatis convenientia & possibile separari rursus.*

*Secunda ratio petita à compositione.*

Sensus verborum videtur esse: quemadmodum elementa secundum suas virtutes vel potentias in mixtis habentur, & miscibilia alterata sunt proxima mixtionis materia; sic hæc miscibilia, ex quorum coalitu mistum constitit, sunt ita ex misto separabilia, ut exinde per transmutationem fiant.

Quodlibet resolvi potest in id, ex quo naturaliter est constitutum & concretum. Hujus rei fidem faciunt nix & glacies, quæ calore resolvuntur in aquam, ex quâ prius genitæ erant. Saxa & lapides ex terrestri materiâ orti tandem in terreum pulverem fatiscunt. Omnis res vel maximè in eam conver-

ti-